



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ecclesiasticae Historiae, Et Dicta, Inprimis Memorabilia,
Christi, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Doctorum,
& hostium veteris Ecclesie: singulari iudicio, & pio studio,
ex Eusebio Cæsariensi ...**

Eusebius <Caesariensis>

Haer. Chr. Egen., 1571

VD16 E 4284

79. De Gregorio Et Basilio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69335](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69335)

78. RESPONSVM S. BASILII
Orthodoxi Episcopi Cæsareæ in Cappa-
docia, ad præfectum Valentis comminan-
tem ipsi interitum in exilio, in quod
à Valente Ariano coniectus fue-
rat. Anno Christi 367.
Capite 9.

*Basiliius seui flagrante Valentis ab ira
Pulsus erat sanctus præsul in exilium,
Hunc ubi crudeli perterret cade tyrannus,
Intrepidus semper talia verba dedit:*

VTinam aliquid mihi esset digni mune-
ris, quod offerrem huic, qui maturius
Basiliiũ de nodo follis huius absolueret.

*Munere quo digno donem, qui soluat ab isto
Me follis nodo non trepidante manu.
Cùm daret huic noctem, secum vt deliberet, vnam,
Constanti rursus pectore præsul ait:*

EGo crastino die idem ero, qui nunc, Tu
te vtinam ne mutares.

*Qui modò sum præsul constans, ero crastinus idem,
Tu talis semper sis maneatq; velim.*

79. DE GREGORIO ET
Basilio.

Qui

Qui Athenis eruditi per annos tredecim in monasterijs, omnibus Græcorum secularium libris remotis, solis diuinæ scripturæ voluminibus operam dabant, eorumq; intelligentiam non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis & auctoritate sequebantur, quos & ipsos ex Apostolica successione intelligendi regulam suscepisse constabat, Ibidem.

Doctrina clarus, magna & pietate verendus

Gregorius quondam Basiliusq; fuit.

Annis hi multis diuina volumina Athenis

Edocti magna sedulitate legunt.

Non propria enarrant ratione volumina sacra,

Nil ratio, Domino quod placet, ipsa docet.

Sed veterū ex scriptis sua quos constabat ab ipsis

Dogmata Apostolicis perdidicisse viris.

80. DE GREGORIO NAZIAN-
zeno Episcopo, qui multa verbis, plu-
ra tamen exemplis docuit. Ca-
pite eodem.

Nemo vidit ab eo aliquid discipulis im-
perari, quod non prius ipse fecisset.

Discipulos iussit nil quod non fecerit ipse,

Gregorius magna vir pietate suos.

Gregorio hoc gaudent venerando presule ciues

Bizanti, quoniam quæ docet illa facit.

81. Re-

Handwritten note:
Hic non Dominus
16610